

Sacerdotem ; ei que ad sacrificandum tibi Hostiam mandam , & ad promoven-
dam generis humani salutem , sanctos Sacerdotes &
levitas confortes tribuisti . quæsumus , ut iisdem sanctis Sacerdotibus & levitis
intercedentibus , spiritum gratiæ cui servierunt , in Ecclesia tua excitare digneris . Per eumdem..... in unitate ejusdem .

*In fine Hymni completorii,
& aliorum ejusdem metri,
ultima stroph,*

JESU Sacerdos Hostia ,
Sit laus tibi , sit gloria
Cum Patre , & sancto Spi-
ritu .

In sempiterna sæcula .

AD MATUTINUM .

Invitatorium.

CHRISTUM Pastorem &
Episcopum animarum nos-
trarum . * Venite adoremus .

H Y M N U S .

TARTARI diræ pa-
veant cohortes ;
Bella divinum meditatur
agmen :

In suis sanctis Deus ipse
miles

Prælia tentat .

PRODEUNT tecli galea
salutis ,

Cum signo crucis , gladio
que verbi

1.
Petr.
2.

Intonant Christum , ruit
ecce præcepit
Hostis in umbras .

PAX tuos ergo manet al-
ta fines ,
Christe , jam liber tibi ser-
vit orbis ,
Jam tuis latè tua sponsa
regnat
Tuta ministris .

SUSTINENT curas gre-
gis , & qui escit :
Leniunt flendo lacrimas ge-
mentum :
Quas sibi diri rapiunt , ege-
nus
Pascitur escis .

CÆLITUM cantus imi-
tando , numen
Laude ter sanctum cele-
brant perenni :
Mente jain cœlo , sua mem-
bra , catti
Vix sua credunt .

SI REO vindex minita-
tur ira ,
Inferunt blanda prece vim
tonanti ;
Vincitur votis Deus & vi-
brata
Tela coërcet .

QUE tuis formas popu-
lis ministros ,
Laus tibi jugis , deitas su-
prema ,
Fac ut in clero sua prima
virtus
Christe resurgat . Amen .